

est pax & unio; ubi vero pax est, ibi De^o
pacis est; ubi iste, illic mandavit Domi-
nus benedictionem, & vitā usq; in sēculum.

CAPUT XXVII.

QUARE INIMICI SINT DILIGENDI.

Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis est.*

CAUSARUM propter quas inimici nobis veniunt diligendi prima est, mandatum Dei, cui aliam rationem ipse non addit, quam *ut sitis Filij Patris vestri*; ej^o scilicet *qui dilexit nos cum inimici essemus*, Rom. 5. Quasi dicat: *Nisi inimicos vestros dilexeritis, filij patris cœlestis esse nō potestis.* Qui autem illius filius non est, ecquem patrē habebit? Cui mandato cum paucissimi obtemperem^o, patet quam procul à fructibus Filiorum Dei absimus, in quib^o charitas erga inimicos sit opor- *Vita* tet. *Qui non diligit fratrem inquit B. Jo-* *han. i. Ep. 3. manet in morte;* neq; enim *alis con-* in se habet verā vitam, quæ est ex Chri- *sistit in* sto, quæ spiritualis & cœlestis est, quæ *fide &* *charita-* *con-tin-*